1600 Den Heuite Ueei 1/3

Ponti Hevteri Delfii Praepositi Arnhemensis, De Veterum ac sui saeculi Belgio, libri duo, Antverpiae, apud Ioannem Keerbergium. Anno XVI^{c}.

<u>Opdracht</u>. Liber primus D. Christophoro Assonlevillio, Hautevillae ac Bouchoutij Domino, secretiorum Belgarum Principis Conciliorum Senatori primario: Alter D. Ioanni Dreincwartio, Dormalae ProComiti, supremi Principis Belgarum AErarij, Titulo Thesaurarij Prefecto, est dedicatus. Tertius DD. Petro ac Lucae ab Opmeer Iud. fratribus Germanis et rerum maritimarum consiliarijs bene meritis.

<u>Approbatie</u>. Libri duo, de Veterum ac Anni nonagesimi noni supra millesimum quingentesimum Belgio, Authore Ponto Heutero delfio Preposito Arnhemensi, Digni sunt prelo, nihil fidei Catholicae contrarium continentes, Actum, 22. May. Anno 1593.

Ita attestor Martinus Cools
Librorum censor.

In "Epistola dedicatoria" voor Assonleville schrijft Heuterus:

Tibi vero Vir Amplissime, Clarissimeque primum librum dedicare volui. Ea enim à te accepi beneficia, vt ingenue fatea maiori labore, ac opere, si potuissem respondere me debuisse. Decimussextus agitur annus, quod me in notitiam amicitiamque receperis, beneuolentia, ac fauore prosequi non destiteris, operam, auxiliumque rogatus nunquam negaueris, tanto animi candore, ac sinceritate, vt inter varios à Deo mihi, diuersis locis, ac temporibus viginti sex annorum spatio quo exulo, datos patronos, primum te post Regem, Principemque ALBERTVM, ducere audeam, nulla alia de causa sic erga me affectus, quam quod liberalium disciplinarum candidatum, vitam in Musarum castris, constanter ad canitiem vsque, sudando, algendoque triuisse, reipsa didicisses.

Deze Epistola is gedateerd "E fano, Diui Trudonis Idibus Martij. 1599.

Vooraf gaan gedichten van Philippus Numanus
Niclv Ovdaert
Ioannis Niekerkii, consiliarii Frisiae.
Petrus de Groote. Sacerdos Bruxell.

In "Authoris Epistola Dedicatoria" voor Joannes Dreincwaert lezen we:

Aggressus enim Opus, plus laboris, operaeque quam existimaram reperri. Attulit eum non exiguum commentanti impedimentum, exilij diuturnitas, amissarum fortunarum calamitas, nutriendi corporis necessitas, negotiorum varietas, studij obcrebas, necessariasque sedis mutationes deformitas.

Deze Epistola is gedateerd "Bruxella Brabantiae Idibus Februarij, anni 1599.

p. 169 begint het hoofdstuk "De vocis Belgij Etymo: ac vnde euis Prouinciae pro maxima parte in Clypeis vtantur Leonibus. Daar schrijft Heuterus: "Est in hisce rebus argutissimus & acutissimus nostri temporis scriptor, Ioannis Goropius Becanus

dignus qui à matura aetate cum iudicio & attentione legatur."

p. 215 - 232. ETYMA PROPRIORUM NOMINUM, VTRIUSQUE SEXUS HOMINUM. Vetervm aliqvot Germanorvm, vtrivsqve sexus hominvm, propriorvm nominvm restitvtiones, ac significationes, ex etymis eorvm desvmptae.

Propria Verterum Germanorum, tam simplicia, quam composita, quae adhuc hodie, nonnihil à prima impositione retorta, sunt in vsu hominum nomina, non minus suas habere significationes, quam aliarum Nationum, cuiuscunque etiam linguae hominum, clarum, ac perspicuum esse arbitror. At ea non omnes intelligere, qui hodie Germanice loquuntur, quotidiano vsu experimur, tum quod pars linguam germanicam superiorem, ob enunciationis asperitatem, non vocum differentiam aegre intelligat: tum quod hominem Propria nomina, à prima impositione, hęc plus, illa minus distorta, dubiam sępissime reddant significationem. Ex his quaedam hoc loco Corolarij vice adferre placuit, quod non pauci in Belgij Libellis, ac pręcipue in historia nostra, saepissimé se offerant, & adhuc hodie sint in vsu: Tum etiam vt Lectores, eorum significationes, intelligentes, ac mutationem considerantes, non amplius è Lodowicis, Aloisios: è Giulielmis, Ilermos: è Fredericis, Ferrios: hec è Reineris, aut Rheinheris, Renatos, hoc est, è meris puris, putis germanicis, amplius Barbara Gręca, aut Latina faciant nomina. [Verum enim vero apud omnes obtestor, me hisce de rebus cum Doctis Viris contendere, nec in aciem descendere nolle, maneat singulis suum iudicium. Non enim minus hac in re Germani Inferiores, seu Belgogermani, quam Superiores possunt ac valent. Belgica enim Germanica lingua, superioribus Germanis de antiquitate, opulentia, puritate, ac compositionis facilitate, nil plane concedit. Quam si subinde ab ijs dissentio, id nostro iure facio, ac proinde non aegre laturos confido, eo magis quod liberrimas coniecturas ratione non carentes, non Theologicas assertiones, adferre me meminisse debent.] Vocem Bert aut Bard, quę saepe in nominum conpositionem venit, non puto semper ad veterum Germanorum Sacerdotes, quos Bardes vocabant, vt Galli suos Druidas, esse referendam, sed aliquando ad Barbam virilitatis signum (id enim etiam inter alia, Bard, Germanis significat: apparet in proprie viri nomine, Robard, compositum, è Rubro ac Barba, quos Latine vocant, Barbarossa, ac AEnobarba) detortam esse, vt Vox: Prah: aut Precht: quę ijsdem naturalem grauitatem cum dignitate coniunctam, inter alia quoque sonat, quamquam hoc nostro sęculo pro fastu, ac affectata, minimeque tempori vel personę conueniente grauitate, apud Ploebem accipi videamus. Sed penes eos qui Magistratum gerunt, vel aliquam ratione personam publicam sustinent, pro vera dignitate accipitur, quam Germani magno inter se ac apud exteros personarum ac loci respectu habito, sine vlla affectatione, aut gerunt, aut gerentibus tribuunt. Gaudent Plebei huius monosyllae abusione

dum solemnia Diuitum Conuiuia, ac celebriores, Annuasque statis temporibus Epulas irrident, ac conuenientium, assidentium, edentium, potantium, seseque exhilarantium caeremonias, affectatamque grauitatem ac dignitatem, cum ironia, ac risu enarrant. Nulius certe nisi qui experientia didicerit, credere potest quantum ad iudicij vim acuendam, in rebus humanis conferat, diuersarum linguarum cognitio, imprimis si accesserit diligens in peruestigandis etymis studium, voce nulla neglecta vbi ingenij acies penetrare poterit. Nam etsi in compositis facilis est etymi inuestigatio & coniectura, siplicia quoque diu, ac diligenter perscrutanti, non iniucunda, nec incommoda primae vocis ratio sese offeret, ac ad altiora abstrusioraque perspicienda, vim, regulamque aperiet. Exemplo sint veteres Graeci ac Latini, qui ab hoc initio incomparabilis eruditionis Viri sunt facti. Non enim sine magna ratione, magnus ille Plato inquirere voluit, ad deinde edito scripto ad idem conandum auida sciendi ingenia, concitare, quare haec literae potius quam illa esset dicenda, α, δ, ε, ξ, λ, μ, ν, ε, σ, τ, &c. Vide à quibus hic exordijs ac pricipijs rerum inuestigationem coeperit, aut potius nil intentatum reliquit, vt vel ex abiectissima (vt vulgo apparet, qui haec ac similia ridere solet) merce, rem faceret. Iam enim didicerat nil causa carere in causis scientiam latere, in scientia summum bonum, ipsamque foelicitatem, vnde non immerito Virgilius, Latinorum Poëtarum Pater, hoc modo exclamat:

Foelix qui potuit rerum cognoscere causas.

Et non frustra vulgo dici solet.

Tantum quemque scire, quantum scit causarum.

Naschrift op p. 232 voor Etyma prop. nom.

Similia innumera, vbique fere obuia, per se Diligens lector facile obseruabit ac examinabit, maxime si Superiorem ac Inferiorem Germanicam intellexerit linguam. Vtraque enim verterem proprietatem, breuitatem, opulentiam, puritatem, compositionis facilitatem, ac foelicitatem, monosyllabarumque multitudinem retinet, enunciatio autem, ob diuersarum nationum inter se commixtionem nonnihil est immutata. Germani enim veteres, imo primi fere homines infantibus, vt nunc facimus, nomina non dabant, sed cum prouectior aduenisset aetas ac cum de indole, ingenioque nonnihil iudicari poterat, quibus opinione, aut rei varietate perceptis, è re nomen fabricabant, ac puero, vel puellae dabant, vt clare et perspicue, ex etymis liquet. Plures qui cupit Nominum Propriorum expositiones, aut parum è nostris diuersas, veterum Cimbrorum, Gothorum, VVandalorum, Germanorum, Alemannorum, Burgundionum, Francorum, Longabardorum, qui omnes Teutonica locuti sunt lingua, enunciatione, ac dialecto, parumper immutata, consulat Lazium in Commentarijs, Austriacis, Ioannem Goropium Becanum in omnibus Operibus, Beatum Rhenanum in fine librij Tertij Rerum Germanicarum, Hadrianum Iunium capite vltimo historiae Batauicę , ac plerosque alios, è quibus pauca in hunc Alphabetarium Indicem descripsimus, caetera ipsi excogitauimus, non leui tamen adhibita examinatione, ac iudicio, Hoc vnum addo, me nulla hic attulisse, Virorum nec Foeminarum nomina, à me conficta, sed tantum ea, quae aut hodie etiamnum inter Christianos sunt in vsu, aut olim fuêre, nunc vero desiere, inueniri tamen in diuersarum Diocaesium (vt Christiani hodie loquuntur) Breuiarijs, ac Martyrologijs aut ea nomina quae repperi apud historiophos Latinos, Gallofrancicos, ac Germanos, qui duobus aut tribus post natum Christum scripsere sęculis, ac imprimis qui res Burgundionum Gothorum, Longobardorum, Francorum, Alemannorum, similiumque tractauere, quorum scriptores (qui pro magna parte fuere Sacerdotes, aut Monachi linguae germanicae imperiti) adeo haec Teutonica nomina distorsere, ac corrupere (dum è puris germanicis aut Latina facere volunt, aut saltem ijs affuere latinas terminationes) vt non Germanica, sed Antipodum videantur esse nomina. Verum cum prima, media, postrema, aut non raro duae syllabę germanicam originem olfaciendam emunctę naris lectori se offerat, serio ac studiose nomen inspicienti, etymon se quoque tandem, non difficulter prębat. Potuissem plura è dictis locis, ac authoribus adferre hominum nomina, sed cum in compositione mihi non appareret, primam, mediam, aut postremam syllabam mere esse germanicam, dubitans cuius id nomen esset Gentis, relinquere malui, quam temere de eo coniecturam facere, quemadmodum & abstinui, a nominibus quae putabam esse Bohemica, Polonica, Lithuanica, Hungarica, ac vicinorum eorum, etsi non pauca cum Teutonibus habeant communia. Fruere his Amice Lector, saluo in omnibus iudicio, ac Cniectura tua, conatumque nostrum quęso in bonam partem, pro tua humanitate, interpraetator, ac in sempiternum mente, Animoque recto Valeto:

De Libera Hominis Nativitate: sev de liberis natvralibvs in De verterum ac sui saeculi Belgio, p. 241-299.

In "Epistola Authoris Dedicatoria" p. 241.

Libellus hic ante annos quindecim, à me Viri Clarissimi est conscriptus varijsque viris litteratis communicatus, vt ijs aliqua ratione satisfacerem, qui aegre tulerant, quod historiae meae Tomo primo, qui de rebus tractat Burgundicis honorificam subinde mentionem de Liberis illustrium virorum nothis facerem eorumque res gestas, eodem tempore, stylo, ac orationis cursu enarrararem, quo maximorum Principum acta, & quod indignum, minimeque ferendum censebant genealogias quoque eorundem contexerem, caeterisque cunctis in lucem ederem.

Tekst p. 296 Experientia enim didici, quam variae, & irreconciliabiles inter homines oriantur inimicitiae, è malis intellecta, diiudicataque hominis nativitate.

Tekst p. 296 A nemine enim mercede conductus, vel proemio inuitatus ad huius libelli omniumque eorum quę à me sunt edita scriptionem sum inductus nec pertractus, sed genio ac natura stimulante impulsus.

1600 Den Heuite deel 2/3

Prive G.D.

VETERVM ALIQVOT GERMANORVM, VTRIVSQVE SEXVS HOMINVM, PROPRIORVM NOMINVM RESTITVTIONES, AC SIGNIFICATIONES, EX ETYMIS EORVM DESVMPTÆ.

PRopria Veterum Germanorum, tam ſimplicia, quam compoſita, quæ adhuc hodie, nonnihil à prima impoſitione retorta, ſunt in vſu hominum nomina, non minus ſuas habere ſignificationes, quam aliarum Nationũ, cuiuſcunq; etiam linguæ hominũ, clarum, ac perſpicuum eſſe arbitror. At ea non omnes intelligere, qui hodie Germanice loquuntur, quotidiano vſu experimur, tum quod pars linguam germanicã ſuperiorẽ, ob enunciationis aſperitatẽ, non vocũ differentiam ægre intelligat: tum quod hominẽ Propria nomina, à prima impoſitione, hęc plus, illa minus diſtorta, dubiam ſępiſſime reddant ſignificationẽ. Ex his quædã hoc loco Corollarij vice adferre placuit, quod non pauci in Belgij Libellis, ac pręcipue in hiſtoria noſtra, ſæpiſſimé ſe offerant, & adhuc hodie ſint in vſu: Tum etiam vt Lectores, eorum ſignificationes, intelligentes, ac mutationẽ conſiderantes, non amplius è Lodowicis, Aloiſios: è Guilielmis, Ilermos: è Fredericis, Ferrios: nec è Reineris, aut Rheinheris, Renatos, hoc eſt, è meris, puris, putis germanicis, amplius Barbara Gręca, aut Latina faciant nomina. Verũ enim vero apud omnes obteſtor, me hiſce de rebus cum Doctis Viris contendere, nec in aciem deſcendere nolle, maneat ſingulis ſuum iudiciũ. Non enim minus hac in re Germani Inferiores, ſeu Belgogermani, quã Superiores poſſunt ac valent. Belgica enim Germanica lingua, ſuperioribus Germanis de antiquitate, opulentia, puritate, ac compoſitionis facilitate, nil plane concedit. Quare ſi ſubinde ab ijs diſſentio, id noſtro iure facio, ac proinde non ægre laturos confido, eo magis quod liberrimas coniecturas ratione non carentes, non Theologicas aſſertiones, adferre me meminiſſe debent. Vocem *Bert*, aut *Bard*, quę ſæpe in nominum conpoſitionem venit, non puto ſemper ad veterũ Germanorũ Sacerdotes, quos Bardos vocabant, vt Galli ſuos *Druidas*, eſſe referendam, ſed aliquando ad Barbam virilitatis ſignum (id enim etiam inter alia, *Bard*, Germanis ſignificat: apparet in proprie viri nomine, Robard, compoſitũ, è Rubro ac Barba, quos latine vocant, Barbaroſſa, ac Ænobarba) detortam eſſe, vt Vox: *Prab*: aut: *Preht*: quę ijſdẽ naturalẽ grauitatẽ cũ dignitate coniunctã, inter alia quoq; ſonat, quamquam hoc noſtro ſęculo pro faſtu, ac affectata, minimeq; tẽpori vel perſonę cõueniẽte grauitate, apud Plœbẽ accipi videamus. Sed penes eos qui Magiſtratũ gerũt,

vel

1600 Den Heuite deel 3/3

vel aliquam ratione perſonam publicá ſuſtinent, pro vera dignitate accipitur, quam Germani magno inter ſe, ac apud exteros perſonarum ac loci reſpectu habito, ſine vlla affectatione, aut gerunt, aut gerentibus tribuunt. Gaudent Plebei huius monoſyllæ abuſione, dum ſolemnia Diuitum Conuiuia, ac celebriores, Annuaſq; ſtatis temporibus Epulas irrident, ac conuenientium, aſſidentium, edentium, potantium, ſeſeque exhilarantium cæremonias, affectatamque grauitatem ac dignitatem, cum ironia, ac riſu enarrant. Nullius certe niſi qui experientia didicerit, credere poteſt quantum ad iudicij vim acuendam, in rebus humanis conferat, diuerſarum linguarum cognitio, imprimis ſi acceſſerit diligens in peruestigandis etymis ſtudium, voce nulla neglecta vbi ingenij acies penetrare poterit. Nam etſi in compoſitis facilis eſt etymi inueſtigatio & coniectura, ſimplicia quoque diu, ac diligenter perſcrutanti, non iniucunda, nec incommoda primæ vocis ratio ſeſe offeret, ac ad altiora abſtruſioraque perſpicienda, vim, regulamque aperiet. Exemplo ſint veteres Græci ac Latini, qui ab hoc initio incomparabilis eruditionis Viri ſunt facti. Non enim ſine magna ratione, magnus ille Plato inquirere voluit, ad deinde edito ſcripto ad idem conandum auida ſciendi ingenia concitare, quare hæc litera potius quam illa eſſet dicenda, α, δ, ε, ξ, λ, μ, ν, ε, σ, τ, &c. Vide à quibus hic exordijs ac principijs rerum inueſtigationem cœperit, aut potius nil intentatum reliquit, vt vel ex abiectiſſima (vt vulgo apparet, qui hæc ac ſimilia ridere ſolet) merce, rem faceret. Iam enim didicerat nil cauſa carere in cauſis ſcientiam latere, in ſcientia ſummum bonum, ipſamque fœlicitatem, vnde non immerito Virgilius, Latinorum Poëtarum Pater, hoc modo exclamat:

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Et non fruſtra vulgo dici ſolet.
Tantum quemque ſcire, quantum ſcit cauſarum.

ETYMA

ETYMA VARIORVM NOMINVM, VTRIVSQVE SEXVS HOMINVM, GERMANICÆ ORIGINIS.

NOMINA.

A.

Germanica.	Latina.	Significatio.
Adelhield, *Adelheit*	Adelheidis	*Nobilis Indolis.*
Adeläht	Adelegia	*Nobilitatis Dignitas.*
Amprcht	Ambertus	*Officij Dinitas.*
Adelpreht, *Altpreht*, *Atelbert*	Albertus	*Maiorum Dignitas, laus, potentia, gloria.*
Artpreht	Aribertus	*Terræ potentia, laus, honor.*
Alpreht	Alprehtus	*Plena Dignitas, potentia, grauitas.*
Albered	Alberedus	*Promptus: ad omnia paratus.*
Arenholt	Arnoldus	*Aquilarum, aquilis abundans Sylua.*
Aluerhart	Aluerardus	*Obſtinatus, contumax, pertinax.*
Alvveerhart	Alwerardus	*In armis obduratus.*
Auerzoel	Auezuta	*Dulciſſima, omnino ſuauis.*
Armgaſt	Armogaſtus	*Hoſpes pauper, ac inops.*
Archgaſt	Arbogaſtes	*Hoſpes verſutus, callidus, ac verſipellis.*
Ambtrijc, *Ambihtrijc*	Ambiorix Cæſaris	*Artificibus, ac Opificibus multis Imperans.*
Aude	Auda	*Senior, Prouectioris ætatis.*
Audefred	Audefreda	*Pax vetus, antiqua, diuturna.*
Aal: Ael, ac diminutiuum: *Aelken*	Aleiais, Adelheidis	*Nobilis, præclara, Iullaſtris.*
Accerrijc	Agericus	*Multorum Agrorum Diues, ac poſſeſſor.*
Anshelm	Anſelmus	*Principis: ſeu: Herois Galea ac Caſſis.*
Alrijc	Alaricus	*Diuitijs affluens, totus Opulentus.*
Atelrijc	Atalaricus	*Nobilitate Diues, id eſt, multis Nobilibus Imperans.*
Arnhulf	Arnulfus	*AEquilinum auxilium.*
Autbode	Autbodus	*Nuncius, ſeu famulus antiquus, qui diu ſeruiuit.*
Amalfred, *Emelfred*, *Hemelfred*	Amalafreda	*Pax Cœleſtis, Diuina.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Amalberg	Amalaberga	*Mons Cœleſtis, Diuinus.*
Alberoit	Albero	*Plane inops, ac egenus.*
Audemaer	Audomarus	*Rumor vetus, antiquus, omnibus notus.*
Alons	Alſonſur, ac Alonſus	*Omnia rapiens, ſuaque faciens.*
Alitprand	Alitprandus	*Aleidam ardens, amanſque.*
Adelin	Adelinus	*Interna, id eſt, Animi Nobilitas.*
Adelbart	Adelhardus	*Cor nobile, ac generoſum.*
Aldegund	Aldegondis	*Antiqua, ac Vetus Probitas.*
Aicherrad	Aichradus	*Prudens Agricola: Doctus colenda Terra.*
Adelrijc	Adelricus	*Nobilitate, Nobilibus hominibns pollens.*
Arnſt: Ernſt	Arioviſtus Cæſari: Polijb:	*Sedulus, Prudens, Diligens, ſatagens re quapiam.*
Alfiier	Alferius	*Præferox, elatus, faſtuoſus.*
Authelm	Authelmus	*Antiqua Galea, id eſt, Veteranus.*
Auſtergizel	Auſtrigiſilus	*Obſidum Digniſſimus.*
Autrabert	Auſtreberto	*Inter barbatas digniſſima.*
Autbert	Autbertus	*Barba antiqua. His olim vocibus indicabant hunc aut hanc, ad pubertatem perueniſſe.*
Audeel	Audoëlus	*Antiqua Nobilitas. Antiqua ſors, pars Obuentio, (hæreditas.*
Adeldach	Adeldagus	*Dies nobilis, fauſtus, fœlix.*
Adelgier	Adelgerius	*Nobilis vultur, id eſt, rapacitas, voracitas, auaritia.*
Adelvvaert	Adelwardus	*Nobilis ac gratus hoſpes.*
Adelgeeſt	Adelgiſius	*Nobilis ſpiritus, ingenium, indoles.*
Auſtreberta, quere *Oſterbert.*		
Abelbart	Ablebartus	*A ciuilitate ac honeſtate ſic nominatus.*
Adelaert	Adelardus	*Nobilis ac præclara indoles.*
Adellenden	Adelendis	*Lumbi Nobiles, id eſt, robuſti.*
Albart	Alardus: Adelardus	*Firmus, robuſtus, vndique armis tectus.*
Alvvin	Alcuinus	*Vndique rem faciens, augenſque.*
Aldetruu	Aldetrudis	*Antiqua, id eſt, conſtans fides.*
Allene	Alena	*Sola: Solitarie viuens,*
Adelbulf	Adulfus	*Nobilitatis auxilium.*
Armfred	Almafreda Armfredus	*Pax pauper, id eſt, momentanea.*
Almalſunt	Amalaſunta	*Fœdus ſtultum, imprudens.*

B.

Batbild: Baetbild	Bathildis	*Quæſtui ac lucro dedita indoles.*
Baltbild	Balthildis	*Alacris ac matura indoles.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Blythild	Blitildis: Blichildis	*Læta, ac hilaris indoles.*
Berthold: Berthout	Bertoldus	*Bertam tenens id eſt amans:*
Berthulf	Bertuifus	*Bertam iuuans, defendens.*
Beczelijn	Beczelinus	*Oſculator Suauia iungens.*
Berenbart	Bernherdus Bernardus	*Cor, animus Vrſinus.*
Bergt	Bergta	*Montoſa, gibloſa.*
Baert	Barbata	*Barbam gerens, adulta.*
Bartijn	Bartinus	*Barbatus, adultus.*
Burghart	Burghardus	*Cor Arcis inſtar firmum.*
Brebt: à Prebt	Brehta	*Grauis, dignitate plena.*
Boos	Boſo	*Malus, peruerſus, vitijs plenus.*
Boeſmond	Boëmondus	*Os prauum, improbum, maledicum.*
Bruin	Bruno	*Fuſcus, fuſci coloris.*
Bruinbaut	Brunehuta	*Fuſcæ cutis fœmina.*
Bruneſcild	Bruneſchildis	*A Clypei fuſcedine dicta.*
Boſchart	Boſchartis	*Siluarum ac in ijs vagantium, prædantiumque do(mitor.*
Berengard	Berengarius	*Septum Vrſinum, eorumque domitor.*
Baldvvijn	Balduinus	*Maturum, citumque lucum.*
Bartraat	Bertrada	*Præſens ac expeditum conſilium.*
Beelde corrupte		
Belie	Belda: Belia	*Imaguncula.*
Blaſer	Blaſius	*Ventoſns, iactabundus.*
Ben	Benno	*Exiſtens: ſempiternus.*
Becce: Begga	Begge	*Ore venuſtatem præſeferens.*
Balrijc	Balricus	*Subito ac cito opulens.*
Blimar corrupte		
Brimar	Blimarus Bliomarus. Billimerus.	*Boni rumoris author. Nomen Regis Gallorum A. M. Marcello Rom. Duce in prælio interempti.*
Baldegond	Baldegondis	*Matura, cita, ac præcox bonitas.*
Breidel	Breido	*Inſtar freni equini durus.*
Breidelbart	Breidelhardus	*Idem.*
Breitbart	Breithardus	*Cor amplum ac magnificum.*
Bertvvalt	Bertwaldus	*Bertam violans, domans.*
Bode	Bodo	*Nuncius, famulus.*
Boothulf	Botulphus	*Famulorum auxilio diues.*

C.

Coune	Cunera	*Audacula, ferocula, hodie francogallie Aſſeurée, Affectée.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Choun / *Coun*	Chuno:Cuno	*Audax, Intrepidus, ferox.*
Couraet	Conrardus	*Audax conſilium.*
Calſind	Calſindis	*Animo moderato.*
Carl, poſtea, *Carel*	Carolus	*Durus, fortis firmus conſtans.*
Chulprcht	Chilprehtus	*Aurea Dignitas, gloria, laus potentia.*
Chulbert	Chilbertus	*Aurei coloris Barba.*
Cunibert	Cuniberttus	*Barba. audaciam præſe ferens.*
Canuit	Canutus	*Ab ebidendis Poculis dictus.*
Cunigund, vide *Kunigund.*		
Craphilde, vide *Raphilde.*		
Childebert, vide *Scildebert.*		
Clotart vide *Grootbert.*		
Cingetorix, vide *Zingoetrijc.*		
ommer	Cæſari, Commius	*Onus quo agri ac ædes grauantur: Vſura: Annui Redditus.*

D.

Dagprebt	Dagobertus	*Dei, aut Diuina Dignitas.*
Dode	Dodo: Doda	*Mortuus: mortua. A colore dicti.*
Droge	Drogo	*Siccus, id eſt, Auarus.*
Dunenrijc	Dumnorix Cęſaris	*Multorum Collium poſſeſſor.*
Dierrijc / *Diederijc*	Ex his fecerunt vocem græcam Theodorus: & ſemigræcam, ſemigermanicam Theodoricus, vtrumq; corruptiſſime, cum germanica ſignificet	*Diuitem ſeu poſſeſſorem multorum Animalium ac hominum.*
Dulhart corrupte *Dulcard*	Dulcardus	*Cor furens, inſaniens, ac bulliens.*
Diſbode vide *VViſbode.*		
Dunſtant	Dunſtanus	*A corporis gracilitate dictus.*
Dodeſchijn	Dodechimus	*Mortis vmbra, à colore dictus.*

E.

Eigen	Egino	*Seruus.*
Eberhart	Eberardus	*Præfectus: Legatus: Gubernator.*
Ernſt: Erneſtus: Cæſari	Arioviſtus	*Satagens, prudens, efficax, diligens.*
Eelſtruic	Elſtrudis	*Stirpis nobilis, claræ illuſtris.*
Eelfrede	Elfredus	*Pax nobilis, clara, famoſa.*
Ermgard	Ermgardus	*Hortus aut lucus pauper, exigui quæſtus. Id enim olim Gard germanis ſonuit.*

Elure

Germanica.	Latina.	Significatio.
Elure	Elura	*Hora præclara, boni ominis.*
Egbart: Eingbart	Egbartus	*Barba rara, decidua.*
Elaert	Erardus	*Indoles honeſti amans.*
Ernſthulſt	Ernſtulfus	*Serium, non fictum auxilium.*
Erenholt	Ernoldus	*Decoris, ac honeſti tenax.*
Eerlieue	Ereliua	*Honoris ac Pudoris ſtudioſa.*
Erngild	Ermgildus	*Adoleſcens inops ſed generoſus.*
Euermair	Euermarus	*Longinquus, vltra montes ac maria veniens rumor.*
Etelbart	Ethelbartus	*Barba nobilis inſignis clara.*
Edeltru	Edeltrudis	*Fides clara ac nobilis.*
Etelvvold	Etelwoldus	*Lucus nobilis, famoſus.*
Ermelend	Ermelendis	*Inops, ac miſera Prouincia.*
Egenvvin	Eguinus	*Singularis, propriique lucri ſtudioſus.*
Eryc	Ericus	*Gloria ac honore abundans.*
Els, diminutiuum *Elsken*	Elſa	*Fragilis, vt hoc ligni genus.*
Erenbert	Erembertus	*Scutum honoris. Berte laus.*
Erenbol	Erimboldus	*Caput honoratum, honore dignum.*
Etelburg	Ethelburga	*Nobile ac famoſum Caſtrum, Arx.*
Ermenfred	Ermenfredus	*Pax miſera calamitoſa.*
Egenhart	Eginhartus	*Cor ſæuum, aut ſeruilis naturæ & conditionis.*

F.

Framond corrupte *Pharamond*, & *VVaremondt*	Pharamondus	*Ab Oris dignitate, decore, vetuſtate, ac gratia ſit nominatus.*
Fremond	Fremondus	*Os pacificum, paci ſtudens, ac gaudens.*
Froomtier	Frementerus	*Animal generoſum, Intrepidum.*
Fredereic	Fredericus	*Diues pacis: Pacificus: Amans Pacis.*
Folbart	Folbertus	*Barba denſa, plena.*
Fredegans	Fredegandus	*Totus pacificus, plane paci ſtudens.*
Folcant	Folrardus	*Conſilio plenus, ac abundans.*
Faſteraat	Faſterada / Faſtradra	*Conſilij conſtantes ac tenacis.*
Fredevvyt	Fredeswida	*Amplam poßidens pacem.*
Fraibil, corrupte	Pharahildis	*Elegans indoles, natura, ingenium.*
Fribert, corrupte	Philibertus	*Bertam amans, ambiens, procans.*
Fraubald	Fraubaldus	*Natura, mulieroſus.*
Fredegund	Fredegundis	*Pax bona, ſyncera, vtilis.*
Franc / *Fry*	Francus, ac / Franciſcus	*Ingenuus, liber, ſui iuris.*

Fredes

Germanica.	Latina.	Significatio.
Fredegern	Fridigernus	*Pacem amans: pacem ſectans, ac lubens amplectens.*

G.

Germanica.	Latina.	Significatio.
Gotſcalc	Gotſcalcus	*Bene in rebus diuinis verſatus: diuina ratione cautus, ſtrennuus, aſtutus ambidexter.*
Gundibald	Gundibaldus	*Bona, ac oportuna feſtinatio.*
Gundar / *Gundigar* / *Gundec*		*Rex, ac Dominus bonus probuſque.*
Guldhelm corrupte / *VVillem*	Guilihelmus, wilhelmus	*Deaurata Caſsis, ac Galea, quod talem capite gereret, ferretque.*
Grootbulf, corrupte	Glodulphus	*Ingens, ac magnum auxilium.*
Geïnbulf	Genulfus	*Nullum auxilium, homo nihili, inutilis.*
Gerlant	Gerilandus	*Terra bona, ſyncera, fœcunda.*
Guldebart corrupte	Guibertus	*Barba aurëa, ſeu aurei coloris.*
Gerbulf	Gerulfus	*Auxilium probum, ſyncerum, rectum.*
Gartru: Gartrout	Gertrudis	*Plane, ac omnino fidelis.*
Gunt. Gut.	Guta	*Bona. Francogallis: Bonne.*
Gelſont	Gelſondis	*Valetudo bona, firma conſtans.*
Grimbald	Grimbaldus	*Ad Iram, ac moroſitatem pronus.*
Grosgund	Groſgundis	*Bonum immenſum, ac ingens.*
Gundalt	Gundaldus	*Vegeta, bonaque ſenectus.*
Gotefred	Gotefridus	*Pax diuina, quies bona.*
Gutvval	Gutwalus	*VVallo (nomen eſt proprium) bonus. Res ad votum ſuccedens.*
Grootbild, corrupte,	Glotohildis	*Magnum Ingenium: Præclara Indoles.*
Giſel	Giſella	*Obſes, ſponſor, Vas Vadis.*
Gutlah	Gutlacus	*Compotatio, Conuiuim exigui ſumptus.*
Gertbold	Gertholdns	*Gertam tenens, amans, fruens.*
Gheert, diminutiuum *Gheertken*	Gherta	*Petitrix, Ambiens, Deſideratrix.*
Godegeſil	Godeſillus	*Adoleſcens Probus conuerſatione iucunda.*
Gooſvvin	Goſwinus	*Opum, Diuitarumque aceruator.*
Gairbald	Garibaldus	*Diligentiſsimus, Efficaciſsimus.*
Gutdage	Guthago	*In bonis vtens fruenſque diebus vitæ ſuæ.*
Grootbart, corrupte	Clotarius	*Animo magno, ac excelſo.*
Guntraat	Guntranus	*Bonum, ſyncernm, rectum conſilium.*
Gotrijc	Godricus	*Deo diues, ac plenus.*
Grootſind, corrupte	Clotoſindis	*Senſus acer, Iudicium magnum.*
Grootald corrupte	Clodoaldus	*Aetas decrepita.*
Gauderijc	Gaugericus	*Auri diues.*
Geil	Geilo	*Coloris lutei.*
Goerijc	Goëricus	*Bonus artibus, ac conſilijs abundans.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Godomar	Gundinarus	*Boni Rumoris author.*
Gundmar	Gummarus	*Boni Rumoris author.*
Garbant	Garbrandus	*Igneus, ardens. flagrans, vehemens.*
Griſbart	Grisbartus	*Barba Cana,*
Geberijc	Gebericus	*Largus, liberalis, Donator, Collator.*
Goetbart	Gothartus	*Bonus ac probus animus, natura.*
Goetaert	Gotardus	*Bona, ac innocens Indoles, conditio.*
Giraert	Giraldus, Gerardus	*Natura ac Indoles Vulturina, id eſt, rapax, vorax, & auara.*
Geberbart	Geberhardus	*Animus liberalis, largus.*
Godeleuen	Godelauus, Godalaua	*Vitæ otioſæ, deſidis, mollis, inertis, deſidioſa, voluptuaria.*
Gerlaken	Garlacus	*Pannus integer. Nomē metaphoricū, ſignificans talē hominē.*
Gild	Gildus, Gilda	*Alacer, promptus, animi hilaris. Vnde multa compoſita: Ermgild, Rijcgild, &c.*
Godealt	Godaäldus	*Diuina, proba, innocens ſenectus.*
Gudele	Gudela	*Pars bona, ſors fœlix, hoc eſt id amimi ac corporis bonis, fœlicem partem ſortita.*
Gyſbert	Gisbertus	*Giſam ardens, amans, ambiens, procans.*
Godebaert	Godebarta	*Berta bona, proba, honeſta.*
Gaer-In	Guarinus	*Vere intus exiſtens: figurate, ex ſe ſapiens.*
Geldaert	Gildardus	*Indole alacri, hilari, iucunda.*
Guthulf	Gundulfus	*Auxilium, bonum, ſyncerum.*
Goldezin	Goldezindis	*Aurei Senſus.*
Godebart	Godeberta	*Berta diuina, innocens, proba.*
Godegans	Godegrandus	*Totus Diuinus.*
Godehart	Godehardus	*Cor ac Animus diuinus.*
Guitmunde, Vide *VVitmund.*		

H.

Germanica.	Latina.	Significatio.
Hild / *Hil* / *Hille*	Hildis	*Indoles, natura, Ingenium, Iudicium, in bonam malamque partem accipitur, per ſe, & in compoſitione.*
Hadelin, Vide *Adelin.*		
Hadulf, Vide *Adulf.*		
Heinryc	Heinricus	*Amplos poſsidens agrorum limites.*
Hen	Henna	*Gallina, vt illa timida.*
Hartman	Hermannus	*Vir fortis, robuſtus, durus.*
Hiltru	Hiltrudis	*Indole fideli, rotunda, aperta.*
Heinbolt	Heinholdus	*Prouinciæ lucus.*
Hildegrond	Hildegondis	*Profunda, acutaque Indole prædita.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Hillebrant ———	Hillebrandus -	*Hillam ardens, amans, procans.*
Helt ———	Helto ———	*Adoleſcens aut Puella calidi cordis, animoſa.*
Herbrant ———	Herbrandus -	*Herum, Dominum Ardenter amans.*
Heet vvyh ———	Hedwigis ——	*Cunas, ardenter agitans.*
Heile ———	Heila ———	*Beatrix, Sanatrix, Liberatrix.*
Huiſprcht ———	Hubertus ——	*Domeſtica dignitas, laus, gloria.*
Hunfred ———	Hunfredus —	*Vicinorum Pax, quies.*
Hilptons, corrupte -	Hildefonſus —	*Adiutor, auxiliator noſter.*
Hunegond ———	Hunegondis -	*Fautrix Hunnorum.*
Herebert ———	Herebartus —	*Barba Heroica, dignitatem præſe ferens.*
Harald ———	Haraldus ——	*Crines antiqui, cani: Coma moris antiqui.*
Hildegard ———	Hildegardis —	*Bonarum Indolum cuſtos.*
Huiſvvaert, corrupte -	Vſuardus ——	*Familiæ hoſpes, Dominus, Herus.*
Halſthulf ——	Hadulfus / Haſtulfus } --	*Feſtinum, citumque auxilium.*
Hildehulf ———	Hildehulfus —	*Bonarum Indolum promotor.*
Heir ———	Heirus } ——	*Dominus, Herus.*
Heer ———	Herus }	
Halinne ———	Halina ——	*Omnia ſua faciens.*
Helmont ———	Helmoldus —	*Os Tartari, Inferni.*

I.

Ingund ———	Ingondis ——	*Omnino, plane, tota bona, ac proba.*
Iſbrant ———	Isbrandus ——	*Iſam ardens, amans, ambiens.*
Iſe ———	Iſa ———	*Glacialis, id eſt, frigida.*

Induitsmaer, Induciomarus Cæſaris Vide, *Onduitmaer.*

Ideberg ———	Idaberga ——	*Idæ Deæ conſecratus mons.*
Ide ———	Ida: Itis ——	*Nomen veteris Teutonum Deæ.*

Irmgard, Vide *Ermgard.*

K.

Kouu:Choun ———	Chuno : Cuno -	*Audax, Imperterritus.*
Kundigund ———	Cunigundis —	*Bona, ac prudens Audacia.*
Kounhelm, corrupte,	Cenelmus ——	*Inſigni galea fidens.*
Ketille ———	Cetillus ——	*Qui facile titillatur, commouetur.*
Katiſfolc ——	Catiuulcus Cęſaris	*Populus miſer, calamitoſus.*
Kutbart ———	Cutbartus }	*Obſcœna Ethnicorum Teutonum nomina.*
Kutburg ———	Cutburgus }	

L.

Germanica.	Latina.	Significatio.
Lantprcht ———	Lambertus ——	*Ditionis ac Prouinciæ, potentia, & ſcutum.*
Lothart ———	Lotharius ——	*Cor plumbeum, id eſt molle.*
Lutfred ———	Lutfridus ——	*Pax Populi.*
Luthard ———	Luthardus ——	*Cor Populi.*
Lantreic ———	Lantricus ——	*Multorum agrorum poſſeſſor.*
Lantuveir ———	Lantwerus ——	*Prouinciæ Defenſor.*
Leeupold ———	Leopoldus ——	*Pes Leoninus.*
Leeumond ———	Lemontius ——	*Os Leoninum.*
Lantraad ———	Landrada ——	*Prouinciæ Conſilium.*
Lutbold ———	Lutholdus ——	*Lutam tenens, ambiens, procans.*
Luite ———	Luta ———	*Popularis, familiaris.*
Lutwrt ———	Lutardus ———	*Inceſſus Popularis: Cor Popularis.*
Lutgier ———	Lutgerus ———	*Populi Imperium affectans.*
Landegil ———	Landegillus } ——	*Popellus: Populi infrequentia.*
Leutel ———	Lutoldus }	
Lau ———	Laudus : Laudo -	*Tepidus, ignarus, partium ac factionum.*
Lutgart ———	Lutgardus ——	*Populi Hortus.*
Luitvvijch ———	Ludowicus ——	*Via Popularis.*
Lootvvijch ———	Lodowicus ——	*Vicus plumbo abundans.*
Luitdolf ———	Ludolfus ———	*Populi Enſis, Gladius.*
Ludevvijc ———	Lidericus ———	*Diues hominum, id eſt, multis hominibus imperans.*
Leeunaert ———	Leonardus ——	*Leonina Indoles, natura, conditio.*
Leeuvvenhart ——	Leonhardus ——	*Cor Leoninum.*
Leuthof } ——	Ludolfus ———	*Populi adiutor, Defenſor.*
Luithulf }		
Luitvvin ———	Lutwinus ———	*Populum concilians, quo velit ducens.*
Landalt ———	Landoaldus ——	*Antiqua Prouincia.*
Luitmiren ——	Leudomirus ——	*Hominum inſtar formicum turba.*
Landevvijn corrupte,	Landelinus —	*Terrarum domitor.*
Lytvvijt } ——	Liedewildis ——	*Fœmina ad tolerantiam nata.*
Liedevvijt }		
Leeuvvegard ——	Leodegarius ——	*Septum leoninum: Cuſtos leonum.*
Lauhulf ———	Laudulfus ———	*Tepidum, exile, ac paruum auxilium.*
Laumaer ———	Launomarus —	*Tepidus, ac ſubfrigidus, aliqua de re rumor.*
Leeubart ———	Leöbardus ———	*Barba Leonina.*
Leeuminne } ——	Leuina	{ *Leæna. Olim pronuntiabant* Leeuminne *leæna.* Coninc-minne, *Regis Vxor.* VVaertminne. *hoſpitis vxor aut amica. Sed poſtea Euphoniæ gratia abiecta liquida: M. dixerūt,* LeeuInne, Coninc Inne, VVaertInne, *ac ſic de ſimilibus.*
LeeuInne }		

Germanica.	Latina.	Significatio.
Leugild	Leonigildis	*Leonina alacritas, ac feruor.*
Leeuvvin	Leowinus	*Leonum domitor, ſuperator.*
Lauthilde	Lauthildis	*Regionis ſuæ naturam ac conditionem referens.*
Luitprand	Lutprandus	*Hominum Cremator, hoc eſt, in ſui amorem ardens excitator.*
Lancfranc	Lancfrancus	*Diuturna ac antiqua libertas.*

M.

Manfred	Manfredus	*Pax virilis, firma, ſtabilis.*
Magidegiſel	Magdelgiſilus	*Virginum nomine Obſes.*
Mervvich corrupte	Merouæus	*Via paluſtris, vliginoſa.*
Mahtild	Mahtildus	*Fortis, ac robuſta natura.*
Malſaet	Malſada	*Fatua, ac ſtulta propago.*
Maerſcalc	Marſcalcus	*Cautus limitum Præfectus, Cuſtos.*
Marcmaier	Marcomirus	*Finium Præfectus.*
Manhard	Manardus	*Virilis Animus.*
Malhute	Mahuta	*Cute, carne fatua, laſciua, ſalax, petulans.*
Medart	Medardus	*Animoſus cum cæteris multis.*
Mederijc	Medericus	*Inter alios Diues, Opulentus.*
Meine	Menio	*Meum, id eſt, proprium.*
Meinhulf corrupte	Monulfus	*Auxilium meum, mihique deſtinatum.*
Mangild	Manegildus	*Virili alacritate, roboreque prædita.*
Marthulf	Marculfus	*Martis auxilium.*
Meniraat	Menirardus	*Meum: à me datum conſilium.*
Medehulf	Medulfus	*Socius, Auxiliator, Defenſor.*
Meinhulf	Meinulfus	
Middelburg	Milburgis	*Caſtrum, Oppidum in Prouinciæ medio ſitum.*
Mahtellend	Maxellendis	*Extrema calamitas.*
Malberh	Malaberga	*Mons morionum, ſtultorum.*

N.

Nootmeier	Nodomarus	*Præfectus neceſſarius. Ab Ammiano Marcellino, voce admodũ corrupta dictus: Chonodomarus.*
Naicthilde	Nanthildis	*Nuda, aperta Indoles ſeu Natura.*
Northert	Nortbertus	*Lignum aquilonare, id eſt, homo ita ſtupidus.*
Nooburg	Notburga	*Arx noxia, periculoſa. Arx in extrema neceſſitate refugium præbens.*
Marcman	Marcomannus	*Vir Limitaneus. Marc, ac Merc lines eſt.*

O.

Oud — Ouda — Oda — Vda — *Senior, ætate prouecta.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Otvvin	Otwinus	*Ottonis victoria.*
Oltreic, corrupte	Vlricus	*Diues Annorum, id eſt, ſenex.*
Oltgoetrijc	Orgetroix Cæſaris	*Antiqua iuſte poſſidens bona.*
Ortvvin	Ortwinus	*A deuicta Prouincia dictus.*
Oſterbert ac *Auſterbert*	Auſtreberta	*Berta Orientalis.*
Othulf	Odolfuf	*Ottonis auxilium.*
Oltcommer	Outcommera	*Vetus, antiquum debitum.*
Ontcommer	Ontcommera	*Debitus ac Oneribus liberata.*
Othmaer	Othmarus	*Sparſus ab Ottone rumor.*

Onduitſmaer, vide *Induitſmaer.*

P.

Pippin	Pippinus	*Proprij commodi ſtudioſus, authore adr. Iunio.*
Puppe	Poppo	*Vir ſe inſter Puppas comens.*
Plechelm	Plechelmus	*A galea diuerſis coloribus variegata dictus.*
Puiſn	Puſinna	*Fœlis nomen puellis datum.*

Pharamond, vide *Fraimont.*
Pharabildis, vide *Fraihildis.*
Philibert, vide *Fribert*

Q.

Quitheer	Quiteria	*Dominum, Herum deſerens.*
Quinibert, vide *Cunibert.*		
Quaet	Quadus	*Malus, Inprobus, nequam.*

R.

Rijcbart	Rigobertus	*Barba diues, id eſt, denſa.*
Reinbart, corrupte	Rembertus	*Barba pulchra, decora.*
Rijchair	Richarius	*Inſigni coma ditatus, ornatus, abundans.*
Rijctrou	Rictrudis	*Fide ac conſtantia diues, id eſt, inſignis.*
Ruimbolt	Rumoldus	*Sylua rara, infrequens.*
Reinolt	Reinoldus, Reinaldus	*Caſta, iuſta, pura, innocens ſenectus.*
Rijcmar	Rigomarus, ac Ricimerus	*Rumor opulentus, id eſt, opulentiam promittens.*
Reinier	Reinirus	*Puris Renibus, id eſt, caſtus.*
Reinheer	Reinherus	*Probus, æquuſque Herus.*
Reinecr	Reinerus	*Syncera laus, honor verus.*
Reinhart	Reinardus	*Animus integer, ſine fraude.*
Rolant	Rolandus	*Terra rufa, rubra.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Reichart	Reichardus / Reichardis	*Animus Diues opulentus.*
Reicvvair	Ricquardus	*Merx opulenta.*
Redegund	Radegundus	*Bonum, rectumque Conſilium.*
Robart:Rupart	Robertus	*Barba æneä, barbaroſſa.*
Ruibbart	Rupertus	*Barba hiſpida, piloſa.*
Rathair	Rartherus	*Concilii, Conſilii Præſes, Præfectus.*
Rothair	Rothardus	*Cohortis, aut Manipuli Præfectus.*
Rathilde, corrupte	Craphildis	*Alacris Indoles, ac Natura.*
Reinbelt	Reinaldis	*Probitas virilis, animoſa.*
Remaker	Remaclus	*Rei alicuius inſtructor, promotor.*
Rotolf	Rodolfus	*A deaurato breuioris gladii capulo dictus.*
Reimmar	Reimarus	*Pulcher, id eſt, bonus rumor.*
Reïchin	Reicheincza	*Diues ac abundans Agris.*
Ramprebt	Rambertus	*Laudis, ac honoris dignitas.*
Ratprebt	Ratbertus	*Conſi'ij dignitas, vis, laus.*
Rootdier. Rogier	Rogerius	*Animal Rubrum, vt ſolent vocare Ceruos.*
Raitmond	Raimondus	*Os conſilio abundans.*
Ratvvijh	Radewichis	*Conſilio ſtrennuus locus.*
Raſimond	Raſimondus	*Os Inſanum, maledicum.*
Roſemond	Roſemonda	*Os Roſæum.*
Roubart	Ruwardus	*Cor & animus pœnitens. Dipthongo: ou, ſuauius prolata ſonat. Cor piloſum, qualia in Viris ferociſſimis reperta eſſe conſtat.*
Rathulf	Radulfus	*Conſiliarius, conſilio iuvans.*
Reinfred	Reinfredus	*Pax pulchra, grata, oportuna.*
Rangetru	Rangetrudis	*Anguſta, ac dubia fides.*
Rijchil	Rychildis	*Indolesmagna, opulenta.*
Rijcgild	Rijcgildis	*Alacritate abundans, plenus.*
Ratbodé	Ratbadus	*Nuncius diligens, famulus celer, efficax.*
Ratfreid	Ratfridus	*Pacem conſulens, ſuadens.*
Ragenfreid	Ragefredis	*Pacem pluens, ſcilicet eloquenti lingua.*
Rothulf	Rotulfus	*Cohortis præſidium, auxilium.*
Reinbulf	Ranulfus	*Elegans ac ſumptuoſum auxilium,*
Raſryp	Raſipus	*Præcox, præmaturus: gallofrancice tempremeure.*
Regenſvvyt	Regiuſwida	*Generalis pluuia. Fœminæ nomen cuius garrulitas ac moroſitas omnibus nocet.*
Roomryc	Romaricus	*Romanæ diuitiæ, ingentes, magnificæ.*
Roomvvalt	Romwaldus	*Potentia ac Robur Romanum, id eſt, ingens.*
Ruimfaert	Rumpharius	*Amplo nauigans canali ac flumine.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
S.		
Scarprebt	Scaprehtus	*Ius ſummum, ad vnguem examinatus.*
Scairprebt	Scerebertus	*Exercitus potentia, gloria, dignitas,*
Sindulf, vide *Zinbulf.*		
Scilpereic / *Scildreic*	Scildericus	*Scutato abundans milite.*
Stilchild	Tilthildis / Telechildis	*Modeſta Indoles, ac natura.*
Svvaen, diminutiuum *Svvaenken*	Swaner	*Oloris inſtar candida.*
Soet:Soetken, vide *Zoet.*		
Sigefreid	Sigifridus	*Pax fœlix, boni ominis.*
Sigebart	Sigibertus	*Barba victorioſa, id eſt, poſt victoriam ſumpta, aut poſita.*
Scalc	Scalco	*Aſtutus, vafer, callidus.*
Scildebert	Scildebertus	*A Scuti duritie ac firmitate dictus.*
Sonderraet	Sanderadus	*Conſilij inops, carens,*
Salberg	Salaberga	*Mons ad flumen Sala, nunc Iſala, ſitus.*
Soxburg	Sexburgis	*Sex Imperans Arcibus.*
Sigiſmond, vide *Zeigenſmond.*		
T.		
Touthric, corrupte	Theodoricus	*Virtuoſus, plenus virtutum.*
Tietric, corrupte	Theodorus	*Factis heroicis inclytis. Abundans gratia diuina.*
Tilchild, vide *Stilchild.*		
Tietberg	Tietberga	*Mons diuinus, Deo ſacer.*
Tietprebt, corrupte	Theobertus	*Diuina poteſtas, Dignitas, honor, laus.*
Tantkreit	Tancredus	*Laborans è Dentibus.*
Thietbald corrupte	Theobaldus	*Cito diuinus, inter Diuos relatus.*
Thietdart corrupte	Theodardus	*Diuina inſpiratione audens.*
Thietdair corrupte	Theodarius	*Diuina ope ad aliquid peruentus.*
Thietgair corrupte	Theodogarius	*Diuina ope recte valens.*
Thietdolen	Theodolus	*Diuina ope non errans.*
Thiethulf	Theodulfus	*Diuinum auxilium.*
Thietmaer	Thietmarus	*Rumor Diuinus.*
V.		
Vltreic, vide Altreic.		
Vnfred	Vnfredus	*Contentioſus, turbulentus, inquietus.*
Volcber	Volkerus	*Populi Dominus.*
Volcvvin	Volcquinus	*Populi Lector, bona ratione domitor.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
Volchart	Volcardus	*Populi Cor, id eſt, Robur, fiducia.*
Veelleets	Velleda Taciti	*Infœlicium Ominum Vates.*
Vbald	Vbaldus	*Cito tuus, ſubaudi futurus, aut futura.*
Volmar	Vulmarus	*Plenus Rumorum, Rerum novarum.*
Verzintgoetrijc	Vercingetorix Cæſaris	*Fœlix, diues excogitandis bonis conſilijs.*
Vandegeſellen	Vandregiſilus	*Vnus ex illis.*
Vſuart, vide *HuſvVaert.*		
Vaertgaern	Vertegernus	*Lubenter nauigans, nauigatione gaudens.*
Viridomarus vide: *VVaremair.*		
Vergaſilaut	Vergaſillaunus	*Senectute periturus.*

VV.

Germanica.	Latina.	Significatio.
wilbald	wilibaldus	*Voluntatis propriæ præceps executor.*
wimont	wimo	*Os patulum.*
winzin	winzinus	*Senſuum humanorum Conciliator, lucrator.*
waldemair	waldemarus	*Rumor violentus.*
wildekint	wildekindis	*Puer ferus, violentus durus.*
witekint	witekindus	*Puer candidus, albus.*
wilgaetfoort	wilgefortis	*Voluntas mea, velint nolint, fiat.*
wilde	wildis	*Fera, violenta, agreſtis, dura.*
walderaat	walderanus	*Conſilij magni, Conſilio pollens.*
waltheer / woltheer / woutheer / wouter	walterus / waltherus / walgerus	*Syluæ, Luci, Nemoris Dominus aut Præfectus.*
waremair corrupte Viridomarus Polijby & Cæſaris		*Rumor verus, fama certa.*
walfreed	waldefridus	*Pax terrea, id eſt, mollis, inſtabilis.*
werenfrede	werenfridus	*Pacis impeditor, euerſor.*
wermenbaut	wermebaudus	*Brachia calida, id eſt, delicata, commoda.*
wermenbant	wermebandus	*Cingulum calidum, id eſt, commodum.*
wibrant	wibrandis	*Late ſpargens flammam ſcilicet ſui deſiderij.*
welberade	wilberada	*Bonum rectumque ſequens conſilium.*
werenheir	wernherus	*Dominum vitans, fugiens.*
warnar / wairnar	warnerus	*Plane, ſtolidus, ſtultus, fatuus, vecors.*
wairnheer	warnherus	*Abſolute, vereque Dominus.*
wolfgang	wolfgangus	*Inceſſus Lupinus.*
wolffang	wolfardus	*Luporum captor, domitor.*
wolfhelm	wolfhelmus	*Galea lupina, ſcilicet eius pelle tecta.*

Germanica.	Latina.	Significatio.
wolfgardorf	wolfgardorfius	*Luporum ad internecionem deletor, extinctor.*
willebad	willehadus	*Plane Voti compos.*
walburg	walburgis	*Arx munitiſſima, huius conſtantiæ fœmina.*
winoc	winocus	*Fœlix in rebus agendis.*
walraat	walrada	*Bene recteque conſulens.*
witeburg	witeburga	*Album Caſtellum, arx ampla. Fœminarum nomina, allegorica, ac metaphorica.*
wolbart	wolbartus	*Barba lanëa, prima lanugo.*
willebort	willebordus	*Voluntatum explorator, vt dolabra ligni.*
waltdier	walderus	*Animal ſylueſtre, immorigerum.*
waltgier	walgerus	*Vultur ſylueſtris, eius animi homo.*
warmbolt	warboldus	*Idem quod VVarmenbaut.*
winvvaelec	winwalocus	*VValonum locorum occupator.*
wolſtaen	wolſtanus	*Firmis Tilijs, ac Pedibus.*
warenfrede	werenfridus	*Pax ſyncera, ac vera.*
waltru	waldetrudis	*Fides inſtar Valli firma.*
waſmaer, corrupte	Vrſmarus	*Rumor horarius, ad horam tantum durans.*
wandelbart	waldebartus	*A crebra peregrinatione dictus.*
wiſbode, corrupte	Diſbodus	*Certus, fidelis Nuncius.*
walrijc	walericus	*Diues Oppidorum Vallis cunctorum.*
waltfrede	waltfridus	*Pax violenta, coacta, impoſita.*
walpert	walpertus	*Valli munimentum, Robur, fortitudo.*
wanijng	waningus	*Opiniator, variis deditus opinionibus.*
wairlezer	warleſus	*Creber verarum Rerum commentator.*
witmund	witmundus	*Ab oris candore dictus.*

Z.

Germanica.	Latina.	Significatio.
Zingoetrijc	Cingetorix Cęſaris	*Fœlix quod bono ſit præditus animo.*
Zegenreic	Segericus / Zigiſtericus	*Multis Victoriis diues: Victorioſus.*
Zinhulf	Sindulfus	*Animo, ac Conſilio iuuans.*
Zouraert	Zoërardus	*Acida ac dura natura, Indoles.*
Zoet: diminituum		
Zoetken	Zuta	*Dulcis. Græcis, glycerium.*
Zeigenfred, vide *Sigefred.*		
Zeigenbart, vide *Sigebart.*		
Zeigenſmond	Sigiſmondus	*Os victorioſum ad verbum, hoc eſt diuinum, honeſtū bene de omnibus loquens, nemini maledicens, nec detrahens. Contrarium eſt:* Booſmond, Zeigen *enim germanis olim & hodie, inter alia ſonat victoriam, ac quod Theologi dicunt: benedictionem.*

SImilia innumera, vbiq; fere obuia, per ſe Diligens lector facile obſeruabit
ac examinabit, maxime ſi Superiorem ac Inferiorẽ Germanicam intellexe-
rit linguam. Vtraque enim veterem proprietatẽ, breuitatem, opulentiã, puri-
tatẽ, compoſitionis facilitatem, ac fœlicitatem, monoſyllabarumque multitu-
dinem retinet, enunciatio autem, ob diuerſarum nationũ inter ſe commixtione
nonnihil eſt immutata. Germani enim veteres, imo primi fere homines infanti-
bus, vt nunc facimus, nomina non dabant, ſed cum prouectior aduenisset ętas
ac cum de indole, ingenioque nonnihil iudicari poterat, quibus opinione, aut
rei varitate perceptis, è re nomen fabricabant, ac puero, vel puellæ dabant, vt
clare & perſpicue, ex etymis liquet. Plures qui cupit Nominum Propriorũ ex-
poſitiones, aut parum è noſtris diuerſas, veterũ Cimbrorum, Gothorũ, VVan-
dalorum, Germanorum, Alemannorum, Burgundionum, Francorum, Longa-
bardorum, qui omnes Teutonica locuti ſunt lingua, enunciatione, ac dialecto,
parumper immutata, conſulat Laziũ in Commentarijs, Auſtriacis, Ioannem
Goropiũ Becanum in omnibus Operibus, Beatũ Rhenanũ in fine libri Tertij
Rerum Germanicarum, Hadrianũ Iunium capite vltimo hiſtorię Batauicę; ac
pleroſq; alios, è quibus pauca in hunc Alphabetariũ Indicem deſcripſimus, cæ-
tera ipſi excogitauimus, non leui tamẽ adhibita examinatione, ac iudicio. Hoc
vnum addo, me nulla hic attuliſſe, Virorum nec Fœminarũ nomina, à me con-
ficta, ſed tantum ea, quæ aut hodie etiamnũ inter Chriſtianos ſunt in vſu, aut
olim fuêre, nunc vero deſiere, inueniri tamen in diuerſarum Diocæſium (vt
Chriſtiani hodie loquũtur) Breuiarijs, ac Martyrologijs aut ea nomina quę rep-
peri apud hiſtoriophos Latinos, Gallofrancicos, ac Germanos, qui duobus aut
tribus poſt natum Chriſtum ſcripſere ſęculis, ac imprimis qui res Burgundio-
num Gothorum, Longobardorum, Francorum, Alemannorum, ſimiliumque
tractauere, quorum ſcriptores (qui pro magna parte fuere Sacerdotes, aut Mo-
nachi linguæ germanicæ imperiti) adeo hæc Teutonica nomina diſtorſêre, ac
corrupere (dum è puris putis germanicis aut Latina facere volunt, aut ſaltẽ ijs
aſſuere latinas terminationes) vt non Germanica, ſed Antipodũ videantur eſſe
nomina. Verũ cum prima, media, poſtrema, aut non raro duæ ſyllabę germani-
cam originem olfaciendã emunctę naris lectori ſe offerát, ſerio ac ſtudioſe no-
men inſpicienti, etymon ſe quoq; tandẽ, non difficulter prębat. Potuiſsẽ plura è
dictis locis, ac authoribus adferre hominũ nomina, ſed cũ in cõpoſitione mihi
non appareret, primam, mediam, aut poſtremã ſyllabam mere eſſe germanicã,
dubitans cuius id nomen eſſet Gentis, relinquere malui, quã temere de eo con-
iecturã facere, quemadmodũ & abſtinui, à nominibus quæ putabã eſſe Bohe-
mica, Polonica, Lithuanica, Hungarica, ac vicinorũ eorum, etſi non pauca cũ
Teutonibus habeant communia. Fruere his Amice Lector, ſaluo in omnibus
iudicio, ac Coniectura tua, conatũq; noſtrũ, quęſo in bonam partẽ, pro tua hu-
manitate, interprætator, ac in ſempiternum mente, Animoque recto Valeto:

CLARIS-

CLARISSIMIS, DOCTISSIMISQVE VIRIS D. PETRO AC D. LVCÆ OPMERIO FRATRIBVS GERMANIS, BELGARVM PRINCIPIS IN CONCILIO RERVM MARITIMARVM CONSILIArijs Fideliſſimis ac Vigilantiſſimis.

Epiſtola Authoris Dedicatoria.

LIBELLVS hic ante annos quindecim, à me Viri Clariſſimi eſt conſcri-
ptus varijſque viris litteratis communicatus, vt ijs aliqua ratione ſatiſ-
facerem, qui ægre tulerant, quod hiſtoriæ meæ Tomo primo, qui de rebus
tractat Burgundicis honorificam ſubinde mentionẽ de Liberis illuſtrium
virorum nothis facerem eorumque res geſtas, eodem tenore, ſtylo, ac ora-
tionis curſu enarrarem, quo maximorum Principum acta, & quod indi-
gnum, minimeq; ferendũ cenſebant genealogias quoque eorundẽ contexerem, cæteriſq; cunctis
in lucem ederẽ. Hæc quũ ad aures meas perueniſſent, à riſu abſtinere non potui, dolui tamen pluri-
mum tantũ reperiri humanis in iudiciis cæcitatis, vt offendant vbi vere nullũ eſt offendiculũ, nul-
laq; aſperitas: tuto, ac audacter inter præcipitia, rupes, ſpineta, ſaxa, ac voragines progrediantur.
Oritur hæc iudiciorũ miſeria, aut è præiudicata, temereq; ſuſcepta de re aliqua opinione, aut quod
non ſatis vt decet re perpenſa, examinataque iudiciũ de ea ferant, antequã cognoſcant. Vt opus
aliquid horum iudicijs afferrem, Libellum de Libera hominis natiuitate, ſeu de Liberis natura-
libus ex omnibus collegi IureC^tis: qui in hunc vſque diem aliquid hac de re in lucem emiſcere,
iunxique ea quæ ex alijs Diſciplinis huic materiæ ſeruire videbantur, quæque mihi hoc longo
vitæ decurſu continui ſtudij exercitium, memoriaque adhuc vegeta ſuppeditare volebat.
Secutus vero ſum imprimis imo fere in Epitomen redegi, doctiſſimum de Liberis Spuriis ac nothis
Librum Illuſtriſſimi Cardinalis D. Gabrielis Palæoti, mei intermixtis horti fioribus, ac ordine
paulo propter breuitatem commodiore, ita tamen vt Lector, nil merito quod ad hanc illuſtrãdam,
facere poſſit materiam, deſiderare debeat. Addidi exempla noſtri ſæculi illuſtriora, vt luce cla-

rius